Parra auis rę. parra auiculę genus eſt: in latio nũc
vulgo parruza dr̃. Pli. ãt li. xviii. c. xlij
ſcribit parrã oriẽte ſyrio ip̃o die nõ ap=
parere: & donec occidat. Raua. legit̃ et
ruffa ĩ antiqs. Raua ãt. i. fulua ſeu ſub=
Rauus color. nigra. rauus enĩ color dr̃ niger mixtus
cũ fuluo. Acron auctor. dicũt alii ꝙ ra
uus color dr̃: q eſt inter flauũ & cæſium
Idẽ tñ fere eſt quod acron ait. Raua lu
Luporum omen pa. Pli. lib. viii. ſcribit ꝙ in italia quo=
q₃ credit̃ lupoꝝ viſus eẽ noxius: vocẽ
q₃ hoĩ quẽ priores cõtẽplẽt̃ adimere ad
pręſens. ĩter auguria ad dexterã come=
antiũ p̃ciſo itĩere ſi plẽo ore fecerit nul=
lũ ominũ p̃ſtantius. Agro laniuino.
Stra. li. v. ita traduct⁹ eſt a latinis. Poſt
Aritia albanũ mõtẽ vrbs eſt aritia ĩ appia via
ſtadiis. c. & lx. roma diſtãs. Curu⁹ ãt cũ
ſit locus habet tñ munitã ſũmitatẽ cui
Laniuium qdẽ ſupincidit laniuiũ Romanoꝝ ciui
tas in appię vię dextera: a qua ꝓſpect⁹
eſt maris et antii. eſt et dianę lucus. i. ar
Arthemiſium themiſiũ ſic eĩ vocãt: e ſiniſtra vię regi
one ex aritia ad aricinã viã cõſcẽdẽtib⁹
qđ tẽplũ nominãt ædificiũ tauricę &c.
Pręterea ĩ ſtrabonib⁹ ĩpreſſis ꝑperã la=
uinium legitur cũ legẽdũ ſit laniuiũ. in
telligit eĩ Strabo de oppidulo: qđ ad=
huc extat diſtãs a velitris milib⁹. P. tri=
bus vel ad ſũmũ quattuor: quo bis adii
S.P.Q. vbi adhuc ẽt legi eſt in marmore. S.P.
Laniuius. Q. Laniuius: Sicuti et velitris in mar=
more: quodã arę cuiuſdã baſi in ſacra
ęde ſancti ſtephani: iã diruta legebatur
S.P.Q. veliternus. quod marmor liuo
re ductus quidam ex aquapendenre ori
undus: cardinaliſq₃ Rhotomagẽſis ve=
liternorum protectoris familiaris: clam
rupi fecit. ruptumq₃ ego paulopoſt cõ
ſpexi. Illius impii nomen tacui ne ſa=
Heroſtrat⁹ crilegio perpetuum celebre foret. imi=
tatus enim fortaſſe Heroſtratum eſt:
qui epheſiæ dianæ templum: vt eius

XXVII. ode dicolos tetraſtro. ad galatheã.

IMpios parrę recinentis omen
Ducat: & pręgnãs canis aut ab agro
Raua decurrens lupa laniuino
Fœtaq₃ vulpes:
Rumpat et ſerpens iter inſtitutum
Si per obliquum ſimilis ſagittę
Terruit mãnos: ego quid timebo
Prouidus auſpex?
Anteq̃ ſtantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum
Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.
Sis licet fœlix vbicũq₃ mauis
Et memor noſtri galathea viuas
Teq₃ nec leuus vetet ire picus
Nec vaga cornix.
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus orion: ego quid ſit ater
Adrię noui ſinus. & quid albus
Peccet iapix.
Hoſtium vxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis auſtri
Aequoris nigri fremitum & trementes
Verbere ripas.
Sic & europe niueum doloſo
Credidit tauro latus: & ſcatentem
Beluis pontum mediaſq₃ fraudes
Palluit: audax
Nuper in pratis ſtudioſa florum: &
Debitę nymphis opifex coronę
Nocte ſubluſtri nihil aſtra pręter
Vidit & vndas.

Impios prę &c. Galatheę migraturę ne illi inuidere videatur bona quidem comprecatur: sed nõ sine commemoratione malorum quę aliis imprecatur: & exẽplo europes quã ad terrorem galatheę infœliciter migrasse docet dicẽs. O galathea omen. i. auspiciũ: parrę. i. illius auiculę apparẽtis sub tempestatẽ. recinẽtis: quia oscinis ẽ in augurio & cãtu tẽpestatẽ prenũciat: & canis pregnãs cuius: quia fęua est infaustus putatur occursus: aut lupa raua. i. subnigra et partim fulua: aut rauca ab effectu: decurrẽs ab agro lanuuino. i. iuxta lanuuiũ oppidũ ad viã appiã non lõge ab antio olim. & vulpes fœta. etiã infortunii pgnostica: ducat impios: q. s. malo euentu digni sunt: q. d. nõ te galathea nec me. & serpẽs rũpat i. interrũpat iter institutũ. i. incœptũ ab impiis: si similis sagittę. i. celeriter transcurrẽs: p obliquũ. i. ex trãsuerso. terruit mãnos. i. pusillos equos delicatorũ: q tunc nõ puehunt. quid ego auspex prouidus timebo? q. d. nihil horũ. nã anq̃ auis diuina. i. diuinatrix & pnũtia imbriũ iminẽtũ. s. cornix: repetat paludes stãtes. i. stagnãtes: vt sese lauet. ego suscitabo pce. i. pcatu venire faciã ab ortu solis. vñ fausti est auspicii: coruũ oscinem. i. ore canentẽ & pnosticon bonũ faciẽtẽ: quo vis cornicis impediat. o galathea licet. i. licitũ ẽ p me: qa nihil mali imprecabor: sis fœlix vbicũq3 mauis. i. magis vis siue hic siue alibi: & viuas memor nři & pcor sup. vt nec pic⁹. s. martius leuus. i. sinister et ita mali ominis: quia pdatores pgnosticare credit nec cornix vaga. i. spaciãs in arena: vetet te ire. i. pficisci. Sed. i. licet ego nil obstẽ: tu vides quãto tumultu orion q tã in ortu q̃ in occasu nymbosus est & tẽpestatẽ ciet: pnus. i. occidu⁹ trepidet. i. pperet. Ego noui. s. multa expientia: qd sit i. qd portẽdat. sinus adrię. i. adriatici maris: niger. i. obscurus: qa vehemẽtẽ tẽpestatẽ: et noui quid iapix. i. ventus ab iapigia. i. apulia flans: albẽs. i. albicãtes nubes inducẽs peccet. s. cõtra id qd ondit facere solens qa p alba nube nigrã infert tẽpestatẽ. Vxores & pueri hostiũ sentiãt cœcos. i. caliginosos mot⁹ austri oriẽtis & fremitũ ęquoris. s. adriatici nigri: & rixas tremẽtes verbere. s. vndarum. Sic. s. in auspicato: europe filia agenoris: credidit tauro doloso. i. ioui cõuerso in taurũ: aut naui c⁹ insigne erat taur⁹: lat⁹ niueũ. i. inocuũ sup. eẽ. & palluit. i. mox vsq3 ad pallorẽ timuit: põtũ. i. mare: scatẽtẽ. i. manãtẽ: bęluis. i. mõstris marinis. & palluit medias fraudes. i. cũ eẽt in mediis fraudib⁹ iã pceptis audax. i. q fuerat audax: nup. i. paulo añ in pratis vbi taurũ ascẽderat: & studiosa florum quos collegerat: & ipsa opifex. i. effectrix: coronę. i. serti debitę: qa pmissę nymphis: vidit nocte sublustri. i. parũ lucida: nihil pter astra et vndas: cũ eẽt. s. in medio maris.

nomen celebre fieret exussit. Sed dedit ille pœnas. post illud ei sacrilegiũ paucis post annis in sũmã inopiã delapsus et ludibrio cũctis est hitus. Mãnos. pusilli eq mãni dicũtur: quos vulgo buricos vocabant: vt Porphyrio scribit. Acrõ vero ait. mãnos dictos q̧ mãsuetudine manũ familiarius sequant. Anteq̃ stãtes &c. Cornix inauspicatissima est fœtus tpe: hoc est: post solstitiũ. vt Pli. li. x. scri. Qui ẽt lib. xviii. ait: quũ terrestres volucres contra aquã clangores dabũt pfũdẽtes sele. sed maxĩe cornix hyemẽ portendũt. Oscinẽ coruum corui in auspiciis soli vident intellectũ hẽre significationũ suarum. nam quũ medię hospites occisi sũt. oẽs e pelopõneso & attica regione volauerũt. pessima eorum significatio quũ glutiunt vocẽ velut strangulati. Auctor Pli. li. x. & lib. xviii. c. vlt. ait: q̧ corui singultu quodã latrãtes: seq3 cõcutientes: si cõtinuabũt vẽtos portendũt. si vero carpti vocem resorbebũt ventosum imbrẽ. Oscinẽ. oscinũ auguriũ a cantu auiũ dr. Et oscines aues auspiciũ ore facientes: vt fest⁹ ait. Solis ab ortu. legit ẽt lucis ab ortu. Cic. aũt li. i. de diuinatiõe scribit. Coruũ a dextra: cornicẽ a sinistra facere ratũ. Et acrõ inqt ab ortu solis pspa corui oĩa eẽ: aduersa ab occasu. Ego ãt ab ortu solis id verũ eẽ exptus sũ pluries. Leuus picus. Pli. li. x. scribit picum martiũ insignẽ & magnũ eẽ in auspiciis: q̧q3 ipi pici pricipales latio sũt in auguriis: ab rege q nomẽ huic aui dedit. in capite ptoris vrbani. L. tuberonis in foro iura p tribunali reddẽtis sedit picus ita placide: vt manu apphẽderet. rñdere vates exitiũ ipio portẽdi: si dimitteret. At si exaiaret ptori: illeq3 auẽ ptin⁹ concerpsit: nec mlto post ipleuit pdigium. Sis licet. ordo est. o galathea sis fœlix: & memor nři licet viuas vbicũq3 mauis Leuus. i. mali ominis. Vaga cornix. de cornice Verg. lib. i. Georgi. ait. Tũ cornix plena pluuiã vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiatur arena. Et caput obiectat querulum veniẽtib⁹ vndis. Sed vides quanto. iminẽte tempestate galatheam reuocare a constituto itinere Horatius nititur. Trepidet. properet. Pron⁹ orion. in occasum vergens. de quo late superius. Ater sinus hadrię. hadriaticum mare obscurũ tẽpestatem portendere indicat. Albus ia. is ventus est ex apulię orae proficiscẽs. de quo latius ode iij. lib. j. Albus. i. serenus: quis ei sereno tpe pflet: attamẽ solet hyemẽ portẽdere: vl albus pptet

Manni

Cornix

Coruus

Picus

Cornix

albas nubes. Hoſtiũ vxores. hoſtibꝰ imp̄caꝛ vẽtoꝝ hyemẽ atqꝫ ęquoris. Verbere. fluctuũ. ſ. Sic & europe. quẽadmodũ ĩqt tu galatea albo iapigi fidis: ita europe credidit albo tauro. & decepta q̃ pr̃ima paſſa ẽ. Europe. ſcri. herodotꝰ ĩ pricipio. curetes tyrũ appulſos filiã regis rapuiſſe europã. diodorꝰ ãt li. vi. ſcribit in creta minoa & Rhadamãtũ ex ioue natos ac europa agenoris: quã

Europe rapta

tauro deoꝝ ꝓuidẽtia aduectã ĩ cretã tradũt. Euſebiꝰ docet europã a cretẽſibꝰ raptã fuiſſe naui: cuius fuit ĩſigne taurꝰ Niueũ doloſo credidit tauro. credidit tauro doloſo latus niueũ. ſ. eẽ: de quo ouid. li. ii. met. ſic ait. Nũc latꝰ ĩ fuluis niueũ depõit arenis. Paulatiqꝫ metu dẽpto: mõ pectora p̄bet Virgĩea palpãda manu mõ cornua ſertis Impediẽda nouis. auſa ẽ quoqꝫ regia virgo. Neſcia quẽ p̄meret tergo cõſidere tauri. Scatẽtẽ: feruẽtẽ. Põtũ. Oui. ẽt ait. Mediiqꝫ p æquora põti Fert p̄dã. pauet hęc littuſqꝫ ablata relictũ. Reſpicit: et dextra cornu tenet. altera dorſo ĩpoſita ẽ &c. Põ

Ponti mẽſura

ti ãt mẽſura a boſphoro ad meoticũ lacũ q dã fecere certo nũero paſſuũ. vt ſcri. pli. li. vi. Audax auſa ei fuerat tauro ĩherere. Medias frau. q̃ ĩ medio fere mari cognouit vł potiꝰ cyaneas ĩtelligit inſulas ĩ põto ſeu magis ſcopł̄os cõtra thraciũ boſphorũ: de qbꝰ mela ſcri. a nõ nullis tñ auctoribꝰ ſymplegades hoc ẽ cõcurrẽtes ẽt noĩanꝛ. Dicũt eĩ olĩ fuiſſe ĩſtabiles. vñ ouid. li. xv. met. ait Timuit cõcurſibꝰ argo Vndaꝝ ſparſas ſymplegades eliſaꝝ Quæ nunc ĩmotæ perſtant ventiſqꝫ reſiſtunt. Subluſtri. parum lucida.

Creten. de hac ẽt Maro ait. Cẽtũ digeſta p vrbes. Pater o relictũ. gemẽtis europę verba ſũt. Eſt ãt ordo. o pr̄ appoſitio nomẽ relictũ filię ꝓ a filia. Pietas.

Pietas.

Tulliꝰ ꝓ plantio inqt. Quid pietas niſi volũtas grata ĩ parẽtes? Vñ quo ve. ordo ẽ. vnde veni? quo veni? vł vñ. i. a q̃ pietate paterna quo veni? Leuis vna mors eſt virginũ culpę: ſenſus ẽ ꝙ vnica mors culpę. i. crimĩ & pc̄tõ virginũ leuis ẽ. meretur em̄ virgo peccans plures mortes. is ꝓprius & verus ſenſꝰ huius loci eſt & eẽ debet: nõ aliꝰ. Vigilans ne plo. dubitat an vere ſcelus cõmiſerit: vt relicto pr̄e ſecuta fuerit taurũ. Vitiis carẽtẽ. i. me q̃ vitio careã: nec verũ ſit qđ mihi forte videꝛ. vt rapta fuerim Imago. ſomnꝰ ĩpe. Porta eburna. Ver. in fine lib. vi. ænei. ait. Sunt gemĩę ſõni portę. quaꝝ altera ferꝛ Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris. Altera candenti perfecta nitens elephanto. Sed falſa ad cœlũ mittũt inſomnia manes. Macrobius li. i. de ſom. ſuper hoc loco ita ſcribit. Si qs forte quęrere velit cur porta ex ebore falſis & e cornu veris ſit deputata. Inſtrueꝛ auctore porphyrio q in cõmentariis ſuis hęc in eũdẽ locum dicit ab Homero ſub eadẽ diuiſione deſcriptum. Latet inquit omne verum. hoc tamen anima cum ab officiis corporis ſomno eius paululum libera eſt interdum aſpicit: nonnũq̃ tendit aciem nec tamen peruenit. et cũ aſpicit tñ non libero & directo lumĩe videt. ſed ĩteriecto velamĩe qđ nexus naturæ caligãtis obducit. Et hͦ ĩ natura eẽ idẽ Vergił. aſſerit dicẽs. Aſpice nãqꝫ oẽm

Porta eburnea.

Quæ ſimul centum tetigit potentem
Oppidis creten. pater o relictum
Filiæ nomen pietaſqꝫ dixit
Victa furore.
Vnde: quo veni? leuis vna mors eſt
Virginum culpæ. vigilans ne ploro
Turpe commiſſum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana? quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit. meliuſne fluctus
Ire per longos fuit: an recentis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ: lacerare ferro: &
Frangere nitar modo multum amati
Cornua tauri.
Impudens liqui patrios penates:
Impudens orcum moror: o deorum
Si quis hæc audis: vtinam inter errem
Nuda leones.
Anteq̃ turpis macies decentes
Occupet malas: tenereqꝫ ſuccus
Defluat prædę: ſpecioſa quæro
Paſcere tygres.

Vilis europe:pater vrget abſens
Quid mori ceſſas.potes hac ab orno
Pendulum zona bene te ſecuta
Lędere collum.
Siue te rupes et acuta leto
Saxa delectant:age te procellę
Crede veloci.niſi herile mauis
Carpere penſum:
Regius ſanguis domineq; tradi
Barbarę pellex,aderat querenti
perfidum ridens venus & remiſſo
Filius arcu.
Mox vbi luſit ſatis:abſtineto
Dixit irarum calideq; rixę:
Cum tibi inuiſus lacerenda reddet
Cornua taurus.
Vxor inuicti iouis eſſe neſcis
Mitte ſingultus:bene ferre magnam
Diſce fortunam,tua ſectus orbis.
Nomina ducet.

quæ nũc obducta tuenti Mortales hebe
tat viſus tibi & hũida circũ Caligat nu
bem eripiam.hoc velamen quũ in qete
ad verũ vſque aciẽ introſpiciẽtis amit
tit,de cornu credit̃. Cui⁹ iſta natura ẽ vt
tenuatum viſui puiũ ſit.Quũ aũt ab ve
ro hebetat ac repellit obtutũ:ebur puta
tur.cui⁹ corpus ita natura dẽſatũ eſt vt
ad quãuis extremitatẽ tenuitatis craſſũ
nullo viſu ad vlteriora tẽdẽte penetret̃.
Somniũ.id ꝓprie vocat̃ quod tegit fi= Somniũ
guris & velat ambagibus.nõ niſi inter
pretatione intelligendã ſignificationẽ
rei quæ demõſtrat̃. Auctor idẽ Macro.
Impudẽs orcũ moror. ſenſus.vti ſine
pudore patriã reliqui ita ſine pudore vi
uo·Orcum moror.i.plutonẽ et mortẽ ĩ
moram detineo.nõ tamẽ ab re orcũ mo
ror ait.Eſt em̃ alluſio q̃dã ad illud euri=
pidis.nam vt macro.li.v. Sat.ſcribit ĩ
alceſti euripidis fabula in ſcęna: orcus
inducit̃ gladiũ geſtãs: quo crinẽ abſci
dit alceſtidi.quẽ ſecutus Ver. fabulam
abſcindendi crinis induxit lib.iiii.æn.
de morte eliſſę.de orco tamẽ lati⁹ ſupe=
rius dictũ ẽ.Vilis europe.ſeipſã p ana=
ſtrophen alloquitur:dicẽs o vilis euro
pe pater abſens vrget te mori.quid ceſ
ſas.vel pater abſens vrget.i.inſequit̃:
ac ſi fueris amatorem ſecuta: quid mo=
ri ceſſas? Filius.cupido. Remiſſo arcu
iam enim percuſſerat iouis pectora ad
europe rapinam. Sectus orbis.terra em̃
trifariam partita eſt in europam Aphri
cam, aſiam.

Quę ſimul. Proſequitur fabulam aut hiſtoriã euro=
pes ad terrorẽ galatheę dicẽs.Quę.ſ.europe. ſimul.i.
ſtatim vt tetigit creten i.cretã inſulã ĩ mari ęgeo : pa=
triã iouis:potẽtẽ centũ oppidis:dixit o pr̃.ſ.agenor:o nomẽ relictũ filię.i.a filia:quia nõ meru
it te amplius appellare pr̃ aut relictũ.ſ.ſolũ filię:cũ in te nihil iuris p̃ter nomẽ habeat pr̃is: nam
nõ meruit vt re ipa pr̃ ſis:& o pietas.ſ.quã pr̃i debuerat:nec ſine ei⁹ cõſenſu diſcedere:victa fu=
rore.i.temeritate aſcẽdẽdi taurũ.vñ.ſ.veni.q.d.a patria:qua nihil dulci⁹:quo veni: qa in terrã
ignotã:vna mors ẽ leuis.i.nimis facilis:culpę virginũ q̃ raptores libẽter ſequunt̃. Ne.i.an ego
vigilans ploro turpe cõmiſſũ:an imago vana.i.phantaſma in ſomnis apparens:ludit.i.illudit
me carẽtẽ vitiis.ſic em̃ fuit a ſenſu alienata:vt neſciret an reuera auecta eẽt:an ſõniãs ſibi auecta
videret̃:q̃.ſ.imago vana:fugiẽs.ſ.ab inferis:porta eburna.i.ex ebore:qua falſa ad cœlũ mittũt
ĩſõnia manes.ducit.ſ.ſecũ:ſõnũ.i.ĩſõniũ.Meliuſne fuit.q.d.neq̃ q̃.qđ ſero agnoſcit:ne p lon=
gos fluct⁹:an carpere flores recẽtis.i.recẽs ortos? Si qs dedat.i.in ptãtẽ redigat mihi iratę:nunc
iuuẽcũ infamẽ.ſ.q prius tm̃ placuerat:ego nitar lacerare et frãgere ferro cornua tauri amati mi=
hi mõ.i.paulo añ: ml̃tũ.i.vehemẽter.Ego ĩpudẽs.ſ.ſine pudore:liq penates patrios: & ĩpudẽs
moror.i.differo adire.aut detĩeo ne me rapuit:orcũ.i.plutona aut inferũ.o ſi qs deoꝝ audis hęc
i.has lam̃tatões meas.vtinã ego nuda ĩtererrẽ:aut errẽ ĩter leones añq̃ macies turpis:quã ex mœ
rore cõtractura erat:occupet.i.ĩuadat:malas.i.maxillas:decẽtes.ſ.roſeo colore.& añq̃ ſuccus.i.
radicalis & natural' humor:defluat.i.diſpeat:p̃dę tenerę.de ſe loq̃t.ego q̃ro ſpecioſa.i. tãtiſper
dũ adhuc ſpecioſa ſum:paſcere tygres.i.ferociſſimas beluas.O europe.ad ſe loq̃t: vilis.i.cõtẽ
ptibilis:pater.i.offenſio paterna:abſens.i.patris abſentis:vrget.i.impellit te ad mortem:quid

cessas mori? tu potes lędere.i.strangulare collũ pẽdulũ.i.suspensum ab hac orno.i.arbore vicina:zona.i.cingulo:secura.i.qđ portasti tecũ:bene.i.cõmode. Siue rupes & saxa acuta delectant te lęto.i.genere mortis:hoc est siue malis p̃cipitio extingui:age crede te procellę:q̃ te in scopulos impellat:nisi mauis:carpere pensum.i.nere aut carminare seu pectere lanã:herile.i.dñę quã hic sortitura es & mauis sanguis regius.i.cũ sis filia regis tradi pellex.et ita odiosa:quia cõcubina mariti:dñę barbarę:quia nõ gręcę aut ĩmitis. Venus ridẽs:qđ illi propriũ est:et filius sup. veneris.s.cupido:arcu quo prius in iouis cor iaculũ amoris ĩmiserat:remisso.i.laxo:et nõ tẽso aderat q̃renti.s.europe:pfidũ .i.dolosũ iouẽ:a quo rapta & derelicta videbatur. Mox.i. paulo post.vbi lusit.i.illusit et ludibrio habuit pmittens eã sine causa se exanimare: dixit: o europe sup.abstineto sup.a motu aut pturbatõe:irarũ & rixę calidę.i.festinãtis ad vindictã.cũ.i.qñq dẽ:taurus ĩuisus tibi:reddet tibi mox cornua lacerãda.i.mox aderit. et ni fallor ad virgã virilẽ alludit. Tu nescis(rẽ apit)eẽ vxor iouis ĩuicti.mitte.i.omitte singult⁹:& disce bñ ferre magnã fortunã:orbis sectus.i.ĩ tris partes diuisus ducet tua noĩa.i.vocabit̃ a te europa. vñ est nomen donat ei quod habet pars tertia mundi.

Argumentum Odes.xx viii.

AN.M. Lyden hortat̃:vt in neptunalib⁹ optimũ vinũ exhibeat.Cãtetq; secum vicissim neptũi nereidũq; laudes . latonæ ẽt ac cynthię demũ veneris. Festo q d.ode est sil'is tertiæ. Strẽnua fortis vigilans Cęcubũ optimũ vinũ. de quo latius supra.Munitę sapĩa eni p seipam fortissima ẽ. Adhibe vim:adde vim.Vino eñ vires augent̃.Inclinare meridiẽ sentis oñdit maiorẽ diei ptẽ p̃teritã.& diẽ ip̃m tẽdere ĩ occasũ.ĩde opus:vt citius cõuiuia paret̃.Horreo.i.p viaria cella posuit.Cessãtẽ.desidem & ĩ secessu manẽtem Virides.cęrulei oẽs fingũt aquaꝵ dii. Tu curua recines.declarat illđ ĩuicẽ. Sũmo carmine.vel maxĩo vel nouissimo. Quę gnydon.venerẽ ĩtelligit.de gnydo ãt supi⁹ videto.de cycladib⁹ ẽt & papho.Fulgẽtes.pp spumas id accidit.

Currus veneris Holores. Iunctis holorib⁹.i.cygnis.dicũt ei veneris magnæ currũ a cygnis trahi: aut qa p albedinẽ significant lauticiã muliebrẽ:aut poti⁹ qa dulcissime canãt: vt demõstret̃ amãtium aĩos cãtu trahi. De curru vero Veneris apuleius lib.vi. de asino aureo sic ait. At venus cœlũ petit iubet construi currũ:quẽ ei Vulcan⁹ subtili fabrica studiose poliuerat: & ante thalami rudimẽtũ nuptiale mun⁹ obtulerat lunæ tenuãtis detrimẽto conspicuũ. et ipsius auri damno preciosum de multis quæ circa cubiculum dominæ stabulant procedunt quattuor candidæ columbæ & hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt. Susceptaq; domina lætæ subuolant currum deæ.prosequentes gannitu constrepenti lasciuiũt passeres:& cæterę quę dulce cantitant aues melleis

XXVIII.ode dicolos distrophos ad lyden:

Festo quid potius die
Neptunni faciam? prome recõditũ
Lyde strennua cæcubum.
Munitęq; adhibe vim sapientię.
Inclinare meridiem
Sentis:ac veluti stet volucris dies
Parcis diripere horreo
Cessantem bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
Neptũnum et virides nereidum comas.
Tu curua recines lyra
Latonam et celeris spicula cinthiæ
Summo carmine:quæ gnidon:
Fulgentesq; tenet cycladas:& paphum
Iunctis visit holoribus:
Dicetur merita nox quoq; nænia

Festo. Argumentũ narrat mancinellus. Ordo ẽ. Quid faciã potius festo.i. solẽni die neptuni: q̃ sup.lętũ cõuiuiũ agã? q.d.nihil.& ideo o lyde pme strẽnua.i.diligẽs:cęcubũ sup. vinũ:recõditũ.i.iterũ atq; iterũ occl'tũ:et adhibe sapiẽtię munitę.s.p sobrietatẽ:vi.i.violẽtiã.i.pelle sapĩam vino:aut vt mãcinel l⁹ sẽtit adauge vires ei⁹:quia vinũ tẽpate sũptũ acuit ĩgeniũ:sed nõ quadrat loco:nõ ei vult tẽpate sũere sed vsq̃ ad ebrietatẽ. Tu sẽtis meridiẽ ĩcliare.s.ad occasũ ac pcis.i.cessas diripe horreo.i.cella viaria:ĩ quã vinũ vt frumẽtũ ĩ horreũ cõgerit̃.veluti.i.pide atq; dies volucris.i.cito volubil' & trãsiẽs:stet.i.psistat:cessas dico

diripe amphorã.i.magnũ vas vinariũ:cessãtẽ.i.nihil agentẽ & ociosam in horreo bibuli cõsulis :aut ãphorã bibuli cõsulis.i.signatã anno cõsulatꝰ eius:cessantẽ i.ociosam.Nos cantabimus:inuicẽ.i.vicissim:neptunũ:& comas nereidũ.i.nympharꝫ maris:virides scilicet vt aquę sũt:tu recines.i.quę dicã repetes:lyra curua latonã:matrẽ apollinis & dianę & spicula cynthiæ i.dianæ a cintho mõte deli vbi nata dicit̃:celeris:quia venatrix est:& sũmo.i.supmo carmie:dicet̃ sup.ea videlicet venꝰ q̃ visit gnidon oppidũ vbi pulcherrima veneris statua a praxitele exculpta.& cycladas.s.insulas circa quas vecta in cõcha ad cyprũ:& paphũ : vbi peculiariter colit̃ ad cyprũ: holoribꝰ.i.cygnis :iũctis modulis suaue resonãtes aduẽtũ deę ꝑnũciãt.cedũt nubes & cælũ filię panditur:& sũmꝰ ęther cũ gaudio suscipit deam:nec obuias aquilas vel accipitres rapaces ꝑtimescit magnæ Veneris canora familia.hæc ille.Merita nęnia.lugubri carmine & nocti cõuenienti:sicut & mortuis:in nocte.n.tenebrę sunt & somnus.q̃ morti sunt simillima.Nænia aũt ꝓprie est cãtus lugubris & laus ĩ funere honoratorꝫ virorum:vt scribit Cicero Latius tamẽ superius videto. Nęnia s.ad trahendũ currũ veneris.Et dicetur nox quoq; nænia.i.cãtilena nænię simili :merita.i.quã meruerit ꝙ nos pnoctãtes seruarit. Argutę sunt rationes ordinis.Nã primo bibendo expellitur sapientia:mox canitur a potis solutis curis carmen diei festo cõgruũ.Deinde carmen venatorium dianæ:mox lasciuum veneri:at vbi vox & ratio vino sepultæ sunt cantilena exit in nęniã. i.in hululatum & plangenti similem screatum.

XXIX.Ode dicolos tetrastrophos ad mecœnatem quem inuitat.

Tyrrhena regum progenies tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore mecœnas rosarum.&
Pressa tuis balanus capillis
Iamdudũ apud me est.eripe te moræ.
Non semper hudũ tybur & æsulæ
Decliue contempleris aruum:&
Telegoni iuga parricidæ.

Thyrrhena.Mecœnatem inuitãs ait . O mecœnas progenies thyrrena regum.i.regũ thyrrenorum:hoc est ethruscorꝫ:vt ĩ prima ode primi libri visũ est.merũ lene.i.vinũ mite:cado non ante verso.i.vñ nihil exhaustũ est.est tibi iãdudũ apđ me: cũ flore rosarꝫ & ẽt balanus glans vnguentaria.s.myrobalani:ꝑssa tuis capillis.i.ad inungendos capillos tuos in vnguẽtũ pressa:adest.eripe te moræ .i. festina quia oĩa parata sunt.Non cõtempleris.s.merito:semper videlicet ex domo sua quã in loco sublimi habuit mecœnas romæ:tybur hudum.i.riguum:& aruum decliue ęsulę oppidi in latio quodã nõ longe a romã ĩ rupe positi:& iuga telegoni parricidę.i.tusculũ a thelegono vlyxis & cyrces filio:qui patre per ignorãtiam vt aiunt spina venenati piscis occiso in italiam rediit & tusculum condidit.

Argumentum Odes.xxix.

Mecœnatẽ vt secũ conuiuia ineat exhortatur.dicit enĩ se iamdiu optimum pro se merꝫ seruasse:parasseq; ẽt & coronas & vnguẽta sibi.Tyrrhena regum. Ode est similis nonę. Est autẽ ordo.o mœcenas tyrrhena ꝓgenies regũ iãdudũ apud me est tibi lene merũ cado nõ ante verso.est balanꝰ ꝑssa tuis capillis cũ rosarꝫ flore.Tyrrhena regũ . de mecœnatis ꝓsapia latius ode prima. Tibi in tuã gratiã.Verso.effuso . Lene.mite ac suaue.Balanus βαλανοσ glãs dicit̃.Verꝫ acron dicit esse herbã vnguentariã:sed secus est.Nã vt Pli.scribit li. xii.c.xxviij.Myrobalanum arbor troglodytis & thebaidi:& arabiæ cõmune est.Nascẽs vnguẽto:vt ipso nomie apparet:quo itẽ indicat̃ & glandẽ esse:arbori fructꝰ ẽ magnitudine auellanę nucis vnde liquor exprimit̃ seu oleũ odoratũ quidẽ vnguẽtarii tãtum corticẽ ꝑmũt.Medici nucleos tũdunt affusa eis paulatim calida aqua.id aũt oleũ balaninũ dicit̃.Vnde idem Pli.lib.xiii.c.i. sic ait.Vnguentorꝫ expeditissimũ fuit. primũq; vt verisimile est ex Brio & Balanino oleo.postea vero sic. Susinũ tenuissimũ oĩum est.Cõstat ex liliis balano calamo &c.& paulo inferiꝰ ita.Nardinũ siue foliatũ cõstat omphacio balanino iũco costo nardo amomo myrrha balsamo.Pressa.expssa ꝓ tuis capillis. ex balano.n.liquor.exprimit̃ odoratꝰ seu oleũ vt dixımꝰ Esulę.Esulanos latii ppl̃os fuisse Pli.scri.li.iij.Telegoni iuga pricidę.Tusculũ idicat qđ ĩ romę cõspectu sitũ erat ĩ sũmo mõtis de quo latius epodo prima:id ãt vt ẽt Porphyrio asserit:Telegonꝰ cõdiderat filiꝰ qđẽ circes & vlyssis:qui per ignorantiam patrẽ occiderat.

ANT. Balanus Vnguenta Telegonꝰ

Faſtidioſam deſere copiam:&
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatæ
Fumum & opes ſtrepitūq; romæ.
Plerūq; gratæ diuitibus vices
Mūdæq; paruo ſub lare pauperum
Cœnæ ſine auleis & oſtro
Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum andromedę pater
Oſtendit ignem:iam procyon furit
Et ſtella veſani leonis
Sole dies referēte ſiccos.
Iam paſtor vmbras cum grege languido
Riuūq; feſſus quęrit & horridi
Dumeta ſiluani:caretq;
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus
Curas:& vrbi ſollicitus times
Quid ſeres & regnata cyro
Bactra parent tanaiſq; diſcors.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus:
Ridetq; ſi mortalis vltra
Fas trepidat.quod adeſt memento
Componere æquus.cætera fluminis
Ritu feruntur nunc medio alueo
Cum pace delabentis hetruſcum
In mare:nunc lapides adeſos
Stirpeſq; raptas & pecus & domos
Voluentis vna non ſine montium
Clamore vicinæq; ſiluæ.
Cum fera diluuies quietos
Irritat amnes,ille potens ſui

Copiā.quā tecū habes.Molē.ꝑpin.
ipſius mecœnatis turrim intelligit: de
qua etiā in epodis.Omitte mirari.Ex il
la enim turri tota fere vrbs ſpectabatur
quod latiꝰ ſupra oſtēdimꝰ.Iā clarus oc
cultū.ꝑpter īminētē ęſtū Mecœnatē ad
hilaritatē inuitat. Clarus pr̄.habet enī
Cepheus — cepheus ſtellas.xix.vt hyginus oſten=
dit. Andromedæ pater.i.cepheus: de
quo late li.iiii.met.Et apud hyginum.
Columella aūt lib.xii.ſcribit ſeptimo
idus iulias Cepheū veſpere oriri idibꝰ
aūt iuliis ꝓcyon exorit̄ mane.xiii.cal.
aug.ſol ī leonē trāſitū facit.ix.aūt cal.
aug.leonis in pectore clara ſtella exori
tur.Procyon.de hoc late ſuperiꝰ.Tu ci
uitatē.oſtēdit ſuperiꝰ paſtores cū gre=
ge languido æſtus fugiendi gr̄a ſubire
vmbram.Mecœnas tn̄ nunq̄ ab vrbis
cura vacabat.Hinc eū hortat̄ ad curas
ponēdas vt omiſſis futuris p̄ſentia tm̄
amplexet̄.Bactra.in ſcythia ſūt bactra
Bactra — vrbs:q̄ ēt zariaſpa appellata ē.vt Stra
Zariaſpa — bo docet li.xi.in Plinio tn̄ lib.vi.legit̄
zariaſta.vbi etiā ait.Bactri quoꝝ oppi
dū zariaſtes:quod poſtea bactrū a flu=
mine appellatū eſt Cyro.lege de hoc ſu
Tanais — perius.Tanais diſcors.is fluuiꝰ eſt qui
europā ab aſia diſiungit: atq; ambarū
fines vtriq; plambēs in boreā verſus ꝑ
ſauromatas in ſcythiā vſq;:atq; ī meo=
tidis paludē ꝓtendit̄.orit̄ aūt ex indię
mōtibꝰ.Auctores Dionyſius & ſtrabo
li.xi.Diſcors.vel quia europā ab aſia
diſiūgit:vel ꝓpter populoꝝ ſeditionē
Prudēs futuri.oſtēdit deū prudēter fu=
tura celaſſe hoīes:qua de re illi minime
ea curare debēt:p̄ſentiaq; tantū ſumere
Aequus.mitis.benignus:q̄etus & ſine
cura.Cętera fluminis.cōparat res hūa=
nas fluminibꝰ quæ modo placida fluūt
modo inquieta imbriū copia ita & ho=
minū res lætæ ſubitis aduerſis turban=
tur.Potens ſui.i.dominus ſui ipſiꝰ.qđ
In diem — ſolius eſt ſapientis.In diem.id eſt in p̄
ſentem diem nihil de craſtino cogitan=
do.in dies autem eſt idem quod quotti
die cū quodam incremento vt creſcen=
te in dies multitudine.in diē vero plæ=
rūq; cū hoc verbo viuo iungit̄.Vt vo=
lucres in diē viuūt.i.in p̄ſentem diē ni=
hil de craſtino cogitantes:Vixi.ille aūt
vere viuere dicitur.q cū lętitia & virtu
te degit.Occupato.pro occupet vt in=

Lætuſq; deget:cui licet in diem
Dixiſſe vixi:cras vel atra
Nube polum pater occupato:
Vel ſole puro:non tamen irritum
Quodcũq; retro eſt efficiet.neq;
Diffinget infectũq; reddet
Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negocio:&
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores
Nunc mihi nunc alii benigna.

feriora oſtendunt. Tñ.q̃uis nube vel ſole occupauerit aerẽ iuppiter .i. q̃uis poſſit fœlicia & ĩfœlicia tradere :nõ poterit p̃terita abolere Ergo fruẽda ẽ dies & lętitia remotis curis.nã q̃ futura ſũt pñt eſſe aduerſa.Quodcũq; retro eſt.i.quicq̃d p̃teriit:rettulit aũt ad illud vixi.eſt enim ſẽſus.ꝙ ptã nullo pacto ẽt iuppiter poteſt deſtruere & infecta reddere:q̃uis vt diximꝰ bona & mala poſſit hoibus in futurũ afferre. Diffinget deſtruet.Fugiens .p̃teriens.

Faſtidioſã &c.Vt mecœnatẽ cõmodius ĩ agrũ pelliceat ĩducit contẽptũ rerũ vrbanaꝶ q̃ ex copia interdũ faſtidiũ & vt dicũt nauſeã pariũt.vñ dicit Deſere copiã.ſ.reꝶ faſtidioſã.i.faſtidiũ pariẽtẽ:& deſere molem.i.turrĩ grãdẽ:ꝓpinquã nubibꝰ arduis.i.ĩ nubes vſq; eductã:& omitte mirari fumũ.ſ.ex fumariis ĩnumeris aſcẽdẽtẽ & opes.i.diuitias & ſtrepitũ.i.fortunã aut pedũ coeũtiũ ſonitũ:romę beatę.i.multũ diuitis:quę oĩa ex turri ſua ꝓſpectare poterat.Vices.i.viciſſitudines:hoc eſt ſucceſſiones epularũ & apparatuũ tenuiũ poſt opiparas & ſũptuoſas cœnas:plęrũq;.i.vt plurimũ gratæ diuitibꝰ:& cœnę pauperꝶ mũdæ.i.ſatis lautę:ſub ꝑuo lare:ſine auleis q̃ ſint ĩ parietibꝰ:&ſine oſtro.i.purpura:hoc eſt ſine tapetis purpureis q̃ ſuꝑ lectos ſternãtur:explicuerũt.i.exporrexerũt:frontẽ ſollicitã.i.demꝑſerũt frõti ſollicitę rugas:redacto.ſ.aĩo ad hilaritatẽ.Pater andromedæ.ſ.cepheus ĩ cœlũ trãſlatus.iã clarꝰ.i.ſerenus:oñdit ignẽ occultũ.ſ.priꝰ:aut vix viſibilẽ ꝓpter vehemẽtiã ardoris eiꝰ:& ꝓcyon.i.ãticanis & ſtella leonis veſani.i.ĩſaniã oñdẽtis ardore ſuo:furit iã ſole referẽte dies ſiccos.i.ſine pluuia calidiſſimos vt ĩ iulio fit:quo mẽſe ſol ĩ his ſignis ẽ.Paſtor feſſus.ſ.calore :q̃rit iã cũ grege lãguido.ſ.p̄ calore:vmbras & riuũ & dumeta in q̃bꝰ deliteſcãt:ſiluani.i.ſiluarum dei:horridi.i.ferulis & aliis virgultis aſperi & inęqualis:& ripa taciturna:quia ĩpetu aquaꝶ taret:caret vẽtis vagis.i.vagari ſolitis:hoc ẽ oĩa præ nimio æſtu refrigeriũ & refollicitationẽ quęrũt:tñ tu curas.i.ardẽter diſpicis:quis ſtatꝰ deceat ciuitatẽ.ſ.romanã.& tu ſollicitus times vrbi:q̃d ſeres.ꝓximi ad ĩdiã populi:& bactra vrbs ĩ ſcythia regnata cyro:q̃ rex ꝑſaꝶ ẽt ſcythas debellauit ſed tãdẽ victꝰ pœnas dedit:& q̃d tanais.i.filiꝰ ille ex ĩdia ĩ ſcythiã vſq; ꝓfluẽs:hoc eſt accola eiꝰ:diſcors.i.multa p̄lia mouẽs(ſũt eĩ bellicoſi)parẽt.i.moliant̃ vrbi. Deꝰ prudẽs.i.ꝓuidens ſciẽs quãta mala hoĩ ex nimia cura reꝶ futuraꝶ obueniãt:p̃mit exitũ futuri tp̃is nocte caliginoſa.i.ignoratõe multa.& ridet ſi mortalis trepidat vltra fas.i.plꝰ q̃ fas eſt.Memento cõponere.i.bñ regere & moderari:quod adeſt.i.rẽ pñtẽ:exiſtẽs æquus.i.lęnis & quaſi ĩ vtrãq; ſortẽ ꝑatꝰ.Cętera.i.q̃ nõ ſũt pñtia:ferunt̃ ritu flumĩs.ſ.tyberis delabẽtis ĩ mare etruſcũ nũc cũ pace:medio alueo.i.ꝑ mediũ alueũ nõ trãſcẽdẽdo ripas:& voluẽtis nũc.i.ĩterdũ lapides adeſos.ſ.vi aquaꝶ & ſtirpes.i.radices raptas(Inuſitate aũt fœĩno vtit̃.Nã maro dixit.At ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrũ &c.)& pecus & domos raptas.Põt aũt ordo eẽ lapides adeſos & ſtirpes.ſ.adeſos:& pecus & domos raptas:voluẽtis dico vna.i.ſimul:hoc ẽ vno ĩpetu:nõ ſine clamore.i.cũ murmure mõtiũ & ſiluæ vicinæ:cũ.i.qñ diluuies.i.inundatio aq̃rũ:fera.i.effera:irritat amnes q̃etos.ſ.priꝰ.Ille.ſ.hõ quiſquis eſt:deget.i.vitã ꝑaget:potẽs.i.cõpos ſui & lætꝰ:cui licet dixiſſe .ſ.veraciter.ego vixi ĩ diẽ.i.ſine reſpectu diei ſequẽtis:ad cõditionẽ diei pñtis.pr̃.ſ.iuppiter occupato i.placet vt occupet:cras polũ.i.cęlũ:vel atra nube.i.tẽpeſtate nubiloſa:vel ſole puro.i.ſereno:nõ tñ.ſ.pr̃ efficiet irritũ:quia vt recitat ĩ ęthicis ariſtotelis ſecũdũ agathonẽ deus facta ĩfecta facere nõ põt:quia ad p̃teritũ ñ ẽ potẽtia.quodcũq; ẽ retro.i.q̃cq̃d p̃teriit neq; diffinget.i. deſtruet & nõ fictũ.i.nõ priꝰ cõpoſitũ fuiſſe faciet:q; proꝶ.i.nõ reddet ĩfectũ.i.ꝙ nõ fuerit factũ:id quod hora fugiẽs.i.celeriter ꝑtrãſiẽs vexit ſemel.Deinde quaſi a fato ad fortunã trãſiẽs dicit. Fortuna læta negocio ſæuo:quia nihil ẽ infœliciꝰ q̃ ſemꝑ fuiſſe fœlicẽ & nõ ãpliꝰ eẽ.& ꝑtinax.i.ꝑſeuerãs.quia hoc ſolo ẽ ĩmutabilis ꝙ ſemꝑ mutabilis.Ludere ludũ inſolẽtẽ.i.ĩmodeſtũ trãſmutat.i.ad varios applicat:honores incertos:exiſtens benigna nunc mihi nunc aliĵ.vnde ſubdit. ASCEN.

Laudo manentem.ſi celeris quatit
Pennas reſigno quæ dedit & mea
Virtute me inuoluo.probâqꝫ
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum.ſi mugiat africis
Malus procellis ad miſeras preces
Decurrere.& votis paciſci
Ne cypriæ tyriæqꝫ merces
Addant auaro diuitias mari.
Tum me biremis præſidio ſcaphę
Tutum per ægæos tumultus
Aura feret geminuſqꝫ pollux.

Manētē.i.ſtabilem. Reſigno.reddo. Me iuoluo me munio ſola virtute ſi aduerſa fortuna auferet externa bona. Sine dote.ſine cēſu.Nō ē meū.oſtēdit ad ſe minie ꝑtinere nauigare.ſed potiꝰ vellein ꝓba eſſe pauꝑtate:hoc eſt vult eſſe pauper & ꝓbꝰ.Votis paciſci.cū diis eī votis mediantibꝰ videmur paciſci quū aliqd petimꝰ.Cyprię.erat Cyprꝰ ditiſſima vt latius patuit ode.i.hic aūt locus declarat cur poeta ibi dixerit. Vt trabe cypria myrtoū pauidꝰ nauta ſecet mare Tū me.hironice loquiť dicēs ꝙ aura & geminꝰ pollux feret eū tutū per maris ægei tumultꝰ ꝑſidio ſcaphæ biremis.i. ꝑuæ nauiculæ.ꝑ qđ nauigationē effugere ſe inuit. Geminꝰ pollux.de caſtore & polluce fauētibꝰ nautis vide.li.i.

ASCEN. Laudo manētē.ſ.fortunā bonā·ſi ipſa quatit.i.cōcutit auolādo pennas.ſ.alarū:celeris.i.ꝑnices:ego reſigno.i.reſtituo ei q̄ dedit & iuoluo me mea virtute.i.ꝓpriis bonis. & q̄ro pauperiē.i.pauꝑtatē:probā.i.honeſtā & decētē atqꝫ approbādā ſine dote:quia ꝑ ſe placet & ꝓdeſt ſi vere fuerit itellecta:ſed lucanꝰ de ea dicit Muuera nōdū itellecta deū.Nō eſt meū.i.officij mei aut iſtituti:decurrere ad miſeras ꝑces.i.miſere ꝑcari deos:ſi malꝰ i.arbor nauis.mugiat.i. vehemētē crepitū faciat:ꝓcellis aphricis.i.ab aphrico vēto excitatis:& paciſci.i.pactum facere cū diis:votis.i.ꝑ vota:ne merces cypriæ & tyrię.i.ex cypro & tyro deuectę:addāt diuitias mare auaro:vt cui nūq̄ ſatis eſt. Tū me.ꝑ ironiā.q.d.ſane qdē vota faciā & ꝑces miſeras.vt quas.qa indecēter fiūt dii derideāt:quaſi vero :aura.i.lenis vētus:& pollux geminꝰ.i.cū fratre :quia dū vtriuſqꝫ ſidus appet:ꝓſpera ſignificať nauigatio feret me tutū.i.munitū:ꝑſidio: ſcaphę.i.nauiculæ biremis.i.binis remis ipellēdę.feret dico :ꝑ tumultꝰ.i.tēpeſtates ægęos.i.maris ægęi quod vaſtiſſimū eſt

XXX.Ode monocolos ad melpomenen

Exegi monumentum ære perēnius:
Regaliqꝫ ſitu pyramidum altius
Quod non imber edax:non aquilo impotens
Poſſit diruere:aut inumerabilis
Annorum ſeries & fuga temporum.
Non omnis moriar:multaqꝫ pars mei
Vitabit libitinam.vſqꝫ ego poſtera
Creſcam laude recens:dum capitoliū
Scandet cum tacita virgine pontifex
Dicar: qua violens obſtrepit aufidus:
Et qua pauper aquę daunus agreſtium
Regnator populorum:ex humili potens
Princeps æolium carmen ad italos

Argumētū Odes.xxx.

ANT. Scriptis hactenꝰ tribꝰ odaꝝ libris.ait poeta ſe monumētū ꝑfeciſſe.quod omni ære ꝑennius erit.nō.n.aqua nōvētis nō annis cōſumi poterit hic minime totus ꝑibit.ſed magna ipſius ꝑs erit ſupſtes:dū roma fuerit.hortať inde melpomenē muſam vt ſibi delphica lauro coronā paret.Exegi monumētū.ode ē ſimilis primę.lib.i.Exegi.ꝑfeci. Monumētū.ſepulchrū.opꝰ.memoriam Aere æreis ſtatuis.Perēnius durabiliꝰ.Regaliqꝫ ſitu pyramidū altiꝰ Pli.lib.xxxvi. c.ix.ſcribit i ęgypto reges pyramides feciſſe ne pecunia ſucceſſoribꝰ aut ęmulis inſidiātibꝰ ꝑberēt:aut ne plæbs eſſet score ocioſa. Tres aūt q̄ orbē terraꝝ ipleuere fama ſitę ſunt in ꝑte africæ mōte ſaxeo ſteriliqꝫ inter mēphim oppidū. & deltā nili. Sed pyramis āpliſſima ex arabicis lapidicinis cōſtat. Trecenta ſexaginta hoim milia annis.xx.eā cōnſtruxiſſe ꝓduntur latius tn̄ ipſe ibidē legito:pyra

pyramideſ

Deduxiſſe modos.ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis & mihi delphica
Lauro cinge volens melpomene comam.

EXegi monumẽtũ. Poeta quaſi cũ hoc tertio libro decreuerit opus cõponere & finire: nã oẽ trinũ perfectũ: cõfidenter dicit ſe opꝰ imortale peregiſſe: cui ſimile ad finem metamorphoſeon. eadẽ confidentia de ſe dicit naſo. Ordo eſt. Ego exegi. i. cõſũmaui & cõpleui: monumẽtũ. i. opꝰ quod memoriã mei faciat: pẽnius. i. diutius duraturꝝ: ęre. i. ſignis ſtatuis aut aliis rebꝰ ęreis q̃ tñ diu durant: ꝙ æs rubigine nõ abſumit̃ vt ferrũ. & altius ſitu. i. poſitione regali. i. ad regiũ luxũ ꝑtinẽte: pyramidũ. i. quẽ in pyramidibus reges ęgiptii extulerunt: quia pyramides non ſunt perductę niſi ad nubila: fama aũt poetę trãſcendit ſidera. quod ſcilicet monumẽtum: imber edax id ẽ edẽs & cõſumẽs ſtatuas & ædificia etiam marmorea: non poſſit diruere: non etiam aquilo impotẽs ſcilicet ad hoc & valde potens ad diruenda ſumma ædificia aut ſeries. i. conſertus & connexus ordo & ſucceſſus: ĩnumerabilis annorũ. ſ. innumerabilium. aut fuga. id ẽ tranſitio temporum non poſſit diruere. Ego non omnis. i. nõ totus moriar: & multa pars mei ſcilicet anima & fama: vitabit libitinam. i. venerem aut proſerpinam quę mortuis curandis p̃eſt. i. manus mortis & funeris. Qui autem ſepeliendis officium debent libitinarii dicũtur. Ego creſcam recens. i. renaſcens: vſqꝫ. i. tantiſper dum pontifex ſcandet capitolium i. arcem romanam cum virgine ſcilicet capta: hoc eſt veſtali: tacita. i. tacente quod perpetuo futurum fruſtra ſperauit. Dicar. i. laudabor ea parte qua aufidus fluuius apulię: obſtrepit violens. i. violentus: & qua daunus etiam appuliæ fluuius a dauno rege dictus: pauper aquę. i. parum habẽs aquę: ſed regnator populorum agreſtium: quia per inundationem pauperes & ſine inundatione diuites efficit: repete obſtrepit. Dicar inquit: potens ſcilicet effectus ex humili ſcilicet loco: Nã libertino p̃re natus eſt: deduxiſſe prĩceps. id ẽ primus: carmen æolium. i. leſbicum vtpote alcaicum: ad modos. i. verſus italos. i. italicos. O melpomene ſume. i. vendica tibi: ſuperbiam ſcilicet qua hæc dico: aut hanc gloriam quęſitam meritis non arroganter. & tu volens. i. lubens cinge mihi comam lauro delphica qua triumphantes & poetas decorari decet.

Et hęc in tertium carminum.

mides autem moles ſunt maximę ita cõ pyramideſ
ſtructæ vt e lato ĩ acutũ tẽdant ita vero
ro dictæ ꝙ flãmarũ ſimilitudinẽ habẽt
πυρ. n. ignis dr̃. Nõ aqlo impotẽs. i.
valde potẽs. Boreas. n. li. vi. meta. apđ
Ouid. ita loqtur. Apta mihi vis ẽ: qua Boreæ vis
triſtia nubila pello. Et freta cõcutio: no
doſaqꝫ robora verto. Induroqꝫ niues &
terras grãdine pulſo. Idẽ ego quũ fra-
tres cęlo ſũ nactus apto. Nã mihi cãpꝰ
is eſt: tãto molimine luctor: vt medius
noſtris cõcurſibꝰ ĩſonet æther. Exiliãt
qꝫ cauis eliſi nubibꝰ ignes Idẽ ego quũ
ſubii cõuexa foramina terrę. Suppo-
ſuiqꝫ ferox imiſ mea terga cauernis Sol
licito manes totũqꝫ tremoribꝰ orbẽ. Li-
bitinã. Plutarchus ſcribit põpiliũ inſti Libitina
tuiſſe libitinã coli: q̃ dea ſit eoꝝ q̃ mor-
tuis iuſta p̃ſtant̃ ĩſpectatrix: ſiue ꝓſer-
pinã illã ſiue venerẽ crediderimꝰ Recẽs
nouꝰ. noua. n. plerũqꝫ placere magis aſ
ſolent. Tñ Ouidi. in li. de põto ait. Eſt
quoqꝫ cũctaꝝ nouitas chariſſima rerũ.
Tacita vir. Tacitã virginẽ veſtalẽ ap-
pellat. quia ſacris ſilẽtiũ p̃ſtabat quibꝰ
tuẽdis p̃eſtet. ſcri. n. plutarchus in vita
Numæ. p. q̃dã ſacra fuiſſe abdita: quæ
aliis videre nõ licebat p̃ter q̃ veſtalibꝰ.
Erãt aũt ſecũdũ quoſdã vt idẽ oñdit in
Camilli vita duo nõ magna dolia: quo Dolia ve
rũ alteꝝ aptũ ac vacuũ: alteꝝ plenũ ac ſtalia
clauſũ: ãboꝝ vero aſpectꝰ tantũmodo Veſtalium
ſcĩs virginibꝰ patebat. Sed qdã ea aſſe furta
rẽtes mẽtiri arbitrabãtur. ꝙ puellas mĩ
ta e ſacris corripiẽtes fert̃ duo dolia ab
ſcõdiſſe ſub terra ĩ tẽplo Quirini. unde
locus ille adhuc dolioꝝ appellationem
retinebat. Virgines ãt maiora ac digni
ora ex ſacris ſumẽtes vltra fluuiũ fuge-
rant &c. Id aũt Senonũ galloꝝ tempo-
pore fuit. Dicar. laudabor. Violẽs aufi Aufidus
dus. is fluuius eſt apud cãnas apulię vi
cũ: de quo Sillius li. x. ita ſcribit. San-
guineus tumidas in cãpos aufidus vn
das Eiectat: redditqꝫ furens ſua corpo-
ra ripis. Plini. ſcribit aufidum ex hirpi
nis mõtibꝰ Canuſiũ p̃terfluere. Daunꝰ
apuliæ fluuiꝰ a dauno rege. Ex humili
potens. ordo eſt: ex humili. i. vili gene
re potens princeps. i. primus dicar deduxiſſe ad italos modos æolium carmen. i. liricum leſboũ
alchaicum: alcęum quippe imitatus eſt. Leſbiũ. leſbos aũt in æolia regione eſt. de qua latiꝰ ſupra
Superbiã. gloriã tibi ſume o muſa. Delphica lau. Laurus duo genera tradit Cato: delphicã & Cy Laurus
priã. Delphicã eſſe ęquali colore viridiorem maximis baccis: atqꝫ e viridi rubentibus. hoc victo
res delphis coronari & triũphãtes romę. cypriã eſſe folio breui nigro & criſpã. auctor. Pli. li. xv.

Argumentum odes primę quarti voluminis

ANT. Ropoſuerat velle poeta lyricis finē īponere vt tertii libri finis oſtendit. Sed tamē quū venus eū iterꝫ aggrederet̃:q̄q̄ natꝰ annos qnquaginta rurſus ad lyrica rediit

p Itaqꝫ hac prima quarti voluminis ode venerē ipſā ꝓcat̃ ne ampliꝰ ī eū ſęuiat :ſed ī iuuenes potiꝰ luſibꝰ aptiores.ad ligurinū poſtea puerū vertit ſermonē dicens quo modo eū nocturnis ſomniis videt:&captū retinet fugiētēqꝫ ēt ſeqtur. Intermiſſa u.d.ode ē ſimilis tertiæ.Bella.Militat oīs amās & habet ſua caſtra cupido inqt Oui.li. prio de amoribꝰ. Attice crede mihi militat oīs amās.Cynarę.ea q dē olim ipſius amica fuerat·Cupidinū mater.videto latiꝰ li.i.ode.xix. Luſtra decem.i. ānos quiquagīta.Ouid.itē in ibin ait. Tēpꝰ ad hoc luſtris bis iā mihi quinqꝫ pactis &c. Iā durꝫ.metaphora eſt a quadrupedibꝰ:q̄ adulta nō facile domant̃. Tēpeſtiuius.ordo ē.venꝰ:tu ales holoribꝰ purpureis.i.volucris & alas habēs ꝓpter holores.diximꝰenī holores ducere & comitari veneris currū.ſi q̄ris torrere idoneū iecur tēpeſtiuius.i. aptiꝰ cōmeſſabere in domo pauli maximi. Purpureis.pulchris.Commeſſabere. comedes.cōmeſſor enī deponēs verbū eſt .& ꝓpter carmen m.addit̃. Torrere iecur adurere & deſiccare.Vnde Ouidi. libro tertio de amoribꝰinquit.Captaqꝫ fœmineus corpora torret amor.Iecur.eſt enī amoris ſedes.Pauli maximi.cur maximi iā iā oñdet.Nō tacitus ab eloquētia eū laudat & pietate. Artiū.virtutū. Signa feret.ouid.quoqꝫ lib.i.de remedio ait.Parce tuū vatē ſceleris dānare cupido Tradita q totiēs te duce ſigna tuli. & quādoqꝫ.ordo eſt.& potētior largis muneribꝰ æmuli quādoqꝫ riſerit. Riſerit.ꝑ deriſerit.ſupple æmulū. Lacus al.

Lacus albanus Poſt albanū mōtē vrbs eſt aritia in appia via.Eſt &dianę lucus.i.arthemiſiū cui lacus inſtar pelagi fluctuās adiacet cōtinet aūt albanꝰ mōs lacū lōge āpliorem ſupradicto qui ad arthemiſiū mōtē iacet.Is vero lacus hodie lacꝰ caſtelli pādulphi appellat̃. Sub t.c.i.ſub tra

aes cypriū be ęnea.ī cypro enī æris metalla apud tamaſſū vrbē abūdabāt.ſolebāt autem æneę trabes in tēplis poni:quas & hodie pāteō ī vrbe roma habet: ī porticu. ſ.de cypro latiꝰode pria.Berecynthiæ. ti.de iis oībꝰ late ſupra ī ode.xix.li.iii. In mo.ſa.ꝑ ſaliorꝫ:de qbꝰ latiꝰſupiꝰvide. Mutui a.non enim ſenex mutuo

Q.Horatii flacci.Carminum Lib.IIII.

Ode prima dicolos diſtrophos ad venerem.

INtermiſſa venus diu
Rurſꝰ bella moues:parce ꝑcor ꝑcor.
Non ſum qualis eram bonæ
Sub regno cynaræ:deſine dulcium
Mater ſæua cupidinum
Circa luſtra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis.abi
Quo blandæ iuuenum reuocant preces.
Tempeſtiuius in domo
Pauli purpureis ales holoribus
Cōmeſſabere maximi:
Si torrere iecur quæris idoneum:
Nāqꝫ & nobilis & decens
Et pro ſollicitis non tacitus reis
Et centum puer artium
Late ſigna feret militiæ tuæ:
Et quandoqꝫ potentior
Largis muneribus riſerit æmuli.
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe cypria
Illic plurima naribus
Duces thura:lyręqꝫ & berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mixtis carminibus non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes pede candido
In morem ſaluium ter quatient humū.

Me nec fœmina nec puer
Iam nec ſpes animi credula mutui
Nec certare iuuat mero.
Nec vincire nouis tempora floribus
Sed cur heu ligurine: cur
Manat rara meas lachryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua ſilentio?
Nocturnis ego ſomniis
Iam captum teneo: iam volucrem ſequor
Te per gramina martii
Campi: te per aquas dura volubiles.

amabiť: vti ſolet iuuenis. hic naſo li. j. de amoribꝰ ait. Turpe ſenex miles: turpe ſenilis amor. Sed cur. ab venere ad ligurinū puerū diuertit: miraťq; cur lachrymet: cur ēt ſermonē cū venere hitū ītercepit. Manat lac. id qdē amoris gr̄a euenit amātibꝰ ipis. Parū decoro ſilentio. nō ei cū venere ſermonē abſoluerat pp ligurini mēoriā ſibi occurrētē. Martii cāpi gramia. Gramia inqt qm̄ erant ibi pennes herbę coronatiq; vſq; ad fluminis alueū colles auctore Strab. li. v. ſcribit ei ꝙ martiꝰ cāpus p̄ter natiuam locoꝝ amœnitatē artis et ſolertię exornationes admittebat. cāpi ei admirabił magnitudo. Et curules pariter curſus & alia eqſtra certamia expedita ſuppeditabat: nec minus tam multis pilā circulū paleſtrā exercitatōe tractantibꝰ. Aliaq; incūbentia ſił opa. Quid perēnes ſolo herbas coronatoſq; vſq; ad flumis alueum colles. Scænicaꝝ oſtētatio picturarū eiꝰ gn̄is ſpectacula p̄ſtabant vt difficulter & inuitus abſcederes. Campus martius.

Intermiſſa. Quia ſupiori carīe q̄ſi opꝰ cōcluſurꝰ finierat graphice hoc loco ſignificat ſe rurſus ad canēdū veneris īpio coactū: nimiū diſerte ſed non ſatis verecūde ligurini pueri amorē cōfeſſus: qđ vocabulū q̄ſi e re cōfectū putē: vt ſit ſuauiolo abliguriendus puer. Ordo ē. O venus tu moues rurſus bella. ſ. cū Puellis & pueris: ītermiſſa diu. Parce precor: p̄cor inquit. q. d. reuera & ſerio p̄cor (vn̄ geminauit verbū ꝓ quo in ſacris lr̄is pticipiū ſępe poniť. vt veniēs veniet. Expectās expectaui dn̄m) cām addit: quia nō ſū ſup. tał: qualis erā ſub regno cynarę bonę. i. formoſę amicę. i. dū cynara me ad lybitū regeret. O mr̄ ſęua. i. imitis & dura: cupidinum dulcium: ſūt enim cupidines dulces. id eſt tātiſper dum cupide fiunt dulces amores: ſed qſqs amores Aut metuet dulces aut experieť amaros. deſine flectere mollibꝰ iperiis: nimiū graphice: quia venus blādimētis vicit: ſup. me iā durū: q̄ſi ſenio induratū. eſt āt antitheton eiꝰ qđ eſt mollibꝰ. circa decē luſtra. i. decē luſtroꝝ ętatē: hoc eſt iā q̄ſi quiquagenariū. Abi ſup. eo quo blandę p̄ces iuuenū reuocāt te. ſ. ad me veniētē. Tu ales. i. alis inixa: quia purpureis holoribꝰ. i. cygnis currū tuū trahētibus: cōmeſſabere. i. cōuiuia celebrabis tēpeſtiuius. i. ętati cōgruentius: quia ille iuuenis ego vetulꝰ ſū. ī domo pauli. ſ. noīe: maximi. ſ. diuitiis (Eſt āt pulcra alluſio ad quā diuꝰ auguſtinꝰ alludit dicēs ſaulū ferocē q̄ſi ſauli regi ſiłem: factū paulū. i. modicum qa ſeruū xp̄i paulꝰ ei a parū aut pauco diminutiuū ē) ſi q̄ris torrere. ſ. igni amoꝝ: iecur idoneū: qa iuuenile. Eſt āt ſedes amoꝝ. Nāq; paulus ſup. exn̄s puer et nobilis & decens: & nō tacitus. i. ſtrēnue & diſerte loqns: pro reis ſollicitis: ēt in re capitali: & cētū artiū. i. cētū aliis artibꝰ p̄ditus: feret late ſigna tuę militię: ſigniferi āt aniōſiſſimi & optimi deligūť. Et qn̄q;. i. qn̄cūq; potētior muneribꝰ ęmuli. i. riualis: largis. i. q̄tūuis largis. i. ꝙ potens pł̄a dare q̄ ęmulus: riſerit. i. gauiſꝰ fuerit aut deriſerit ip̄m: ponet te. i. tibi ſtatuā: marmoreā ꝓpe lacus albanos: ſub trabe cypria. i. ęrea. Tu duces. i. attrahes: naribꝰ: illic. i. ī ſacello tibi ſacrato: pł̄a thura: & delectabere carmibus lyrę & tibię berecynthię. i. phrygię. hoc ē ad ea iſtrumēta modulatis: n̄ ſine fiſtula. i. adiūcta ēt fiſtula Pueri cū teneris virgibꝰ. i. & tenerę virgies: hoc ē puellę: laudātes die. i. quottidie bis: qa mane & veſpi: tuū numē: quatiēt. ſ. ſaltādo: ter. i. ad rithmū ternariū: humū. i. ſolū: ī morē ſaliū. i. ſalioꝝ ſacerdotū martis q ſaliētes ācilę circūfeřt. pede cādido illi ętati apto. Me āt nec fœmia iuuat. i. delectat: nec puer: nec ſpes ē mihi credula aī mutui. i. ꝙ poſſum nāciſci mutui amoris amicā: nec iuuat certare mero: quo amicā lucrabanť victores: nec vicire tp̄a. i. coronā capitis: nouis floribꝰ. i. dereliq oīa laſciua. Sed heu o ligurine puer: cur iquā dū me amare nego: lachryma rara: qa eā occultare voluit: manat. i. diffluit p gēas meas? cur ligua facūda. ſ. priꝰ: cadit iter verba: ſilētio paꝝ decoro. i. nō decēter ipfectis verbis aborto? q. d. id amore tui fit: qa ego teneo te captū. ſomniis nocturnis. i. ſōniās videor te cepiſſe & ſequor te iā volucrē. i. volitātē: p gramia cāpi martii. & per aquas. ſ. tyberis volubiles dura. i. dure. ſ. ſeni aut pro puero timedti?

Argumentum odes secundæ.
per Mancinellum.

AN.M. Pīdarꝝ thebanū nouē lyricorꝝ pricipē
maxīe laudat: quē ēt nulli imitabilē as-
serit. hic cigno eū cōpat se vero api: an
toniū pꝰea. M. an. filiū & poetā celebrat
dicēs cæsaris gesta maiore plectro can-
taturū. vota d̄mū ꝓsoluēda ob augusti
incolumē reditū mēorat. Pīdarꝝ qſqs:
fuit pīdarꝰ thebis oriūdus. Quūqꝫ ale-
Pindarus xāder macedo thebas raperet pīdari va
tis familię penatibusqꝫ iussit ꝑceretur.
scribitqꝫ pli. lib. vii. nos pl̄a supiꝰ ī ho-
Iulꝰ An. ra. vita. Iule. c. o. d. Iulū Antoniū. M.
āto. & fuluię filiū scribit. cui qdē vt re-
fert Suet. augustus iuliā filiā despōde-
rat. deinde cotisoni getarꝝ regi quo tp̄e
sibi quoqꝫ īuicē filiā regis ī matrimoni
um petisset. plutar. vero scri. ꝙ octauia
M. Antonii vxor Antoniū priuignū
suū ex fuluia genitū ita magnum apud
aug. cęsarē fecit: vt post agripā & liuiæ
filios p̄rias ꝑtes obtineret. merito ergo
Hor. illū celebrat. hūc pꝰea: vt scri. Trā
qllꝰ. aug. siml̄acro diui iulii ad qđ post
ml̄tas & irritas p̄ces cōfugerat abreptū
īteremit. Ope d. quo pacto dędalꝰ sibi
& icaro filio fabricauerit alas supiꝰ pa-
tuit. Daturus: vt fecit icarus a cuiꝰ casu
dictū est mare icariū: q volet ergo æmu
lari pīdarū. nō gloriā sed dedecus potiꝰ
